



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 96. Matthæus de Bassio coram summo Pontifice.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

mille passibus a Conventu distabat, cum Sæcul. XVI.  
 a quibusdam scurris ejusmodi vestitum  
 deridentibus pro Histrione, ab aliis  
 vero pro verripelle ac fure habebatur,  
 quocirca unaomnes in eum insano furo-  
 re irruentes, injuriis lacescitum carceri  
 mancipabant, ex quo illum tamen eo-  
 dem ferme momento extrahebant, ve-  
 ritatis, ac patientiæ suæ exemplis ad  
 saniora revocati.

A.C.1526.

## §. XCVI.

*Matthæus de Bassio coram summo  
Pontifice.*

**P**ost hæc Matthæus de Bassio Romam delatus, ad Vaticanum contendit, atque anteriora pertransiens cubicula ad ipsum summi Pontificis conclave pene travit, a nemine, ut fertur, aut interpellatus, aut detentus, quod tamen vix credibile videtur. Utut res se habuerit, id omnino certum est, quod Papa hujus Viri conspectu attonitus, quæ petret, ab eo sciscitatus fuerit, ille vero eidem, hæc in responsis dederit: „Beattissime Pater! ex Ordine Fratrum Minorum minimus sum Sacerdos, qui nil ardentius in votis habet, nisi ut Regulam sancti Patris mei Francisci, quam Deo omnipotenti olim voveram, ea qua potero fidelitate observem, ac

*Ant. Caluse  
l. cit. p. 54.*

L 3

„juxta

Sæcul. XVI „juxta vires meas sanctissimæ vitæ ejus  
 A.C. 1526. „exercitia quadam pia æmulatione imi-  
 „tari valeam, hancque ob rem vetustis-  
 „simas Ordinis consuetudines, ac diser-  
 „tam regulæ legem in opus deducere  
 „cupio. Cum ergo extra omne dubium  
 „sit positum, quod sanctus Franciscus  
 „nil nisi saccum detritum, ac capuc-  
 „cium in acumen definens, absque ve-  
 „ste ex scapulis defluente, quod *scapu-*  
 „*lare* vocant, gestaverit, eo prorsus mo-  
 „do, quo Sanctitas sua me vestitum co-  
 „ram cernit, hæcque olim norma fue-  
 „rit vestium, quibus primi Fratres Mi-  
 „nores erant vestiti, hinc, postquam ad  
 „Deum crebras fuderam lacrimas pre-  
 „cesque, tandem agnovi, hanc esse Dei  
 „voluntatem, ut ea consilia opere exe-  
 „quar. Igitur Beatissime Pater, hæc  
 „sola caufsa est, qua permotus ad San-  
 „ctitatis suæ pedes humillime provol-  
 „vor, rogoque, ut ab ea hanc vestis  
 „normam obtainere valeam, eaque im-  
 „petrata Sanctitatis suæ patrocinio suf-  
 „fultus in Eremis sancti Francisci Re-  
 „gulam colere, Verbum Dei prædica-  
 „re, necnon sceleratissimorum peccato-  
 „rum saluti vacare valeam. „

§. XCVII.